

O D A,

# DE SACROSANTAE

## THEOLOGIAE ORIGINE, PRO-

### PAGATIONE, ET CONSERVATIONE;

deq; Theologico, in inclyta Tübinger Academia,  
Collegio, iam multis annis  
celeberrimo.

**P**rimæna Patrū gens ab orbe condito  
*Nomen Dei sanctissimum,*  
*(A quo creatos se potenter, & pari  
 Modo foueri nouerant.)*  
**C**oluere ritibus Deo acceptissimis,  
*Et prædicarunt posteris.*  
**S**ic Protoplastus: filiusq; sic Sethus:  
*Et sic Enos: & sic Enoch,*  
**Q**ui flammeis subiectus in polū rotis.  
*Hic tum Sacrorum Principes.*  
**S**ecutus hos Mundo qui utriq; præfuit:  
*Pijs Noe sermonibus..*  
**H**inc filius Iapetus, & Gomer nepos.  
*In orbe Doctores nouo.*  
**S**uccessit illis Abraham piissimus,  
*Et Isaacus, & Iacob.*  
**H**i dogma de vero Deo suo Suis,  
*Et tradiderunt Exteris..*  
**M**oses ab hisce Legifer primus: D E I  
*Qui voce, iussis, ductibus,*  
*In Gente, quam Deus sibi delegerat,*  
*Normam Sacrorum condidit:*  
**P**oliticumq; sanxit ordinem, Deo  
*Cunctis placentem partibus..*  
**S**oteris ad Christi diem optarissimum  
*Durauit bæc Respublica..*  
**A**t cultibus finem dedit Mosaicis  
*Prædulce tempus gratia.*  
**Q**uo Christus omnibus salute reddita  
*Frui dedit mortalibus..*  
**E**jeriq; saluos omnibus potentiam  
*Annuncianuit per Suos.*  
**Q**uos uniuersi misit in Mundi plagas,  
*Hæc ut subirent munia..*

**A**póstolos decem duosq; intellige,  
*Ab hisq; doctos cæteros.*  
**Q**ui cōsequēti tēpore haud pauci locis  
*Christum professi in omnibus.*  
**A** sex decēq; (annis min⁹ quater nouē)  
*Nunc seculis labentibus.*  
**Q**uanq; docētes, & simul q; docti ab his,  
*Aduersa passi plurima.*  
**N**am quid Satan ille angelus nequissi-  
*Apostata egit liuidus? (mūs,*  
**V**t à Dei cultu per execrabilem  
*Desinuerat superbiam,*  
**H**ostis Dei supremus, & mortaliūm  
*Hostis supremus omnium,*  
**H**os (inuidens illis beatitudinem,  
*Et sempiternum gaudium,*  
*Superbiens prius quod ipse amiserat.)*  
*Secum sategit perdere.*  
**A**damo, & Èua pessimum primis opus  
*Hoc cœpit à Parentibus.*  
**E**t sic eorum posteros suasū malo  
*Peccare fecit turpiter.*  
**I**ratuſ ut tandem Deus submergeret  
*Totum genus mortaliūm.*  
**N**oam sed, ipsiusq; filios tamen  
*Seruauit ex aquis Deus.*  
**H**i cultibus Deum timent gratissimis,  
*Eiusq; nomen innocant.*  
**S**ed inserit rursus suum semen Satan:  
*Cainicā primum velut;*  
**S**ic nunc Chami de gente prauire reproba  
*Règnum sibi recolligit:*  
**P**ropagat, auget, atq; plurimum vafer  
*Per mille fraudes ampliat.*

Suis